



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 72. Papa pacem Gallos inter & Anglos conciliare intentus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)



## §. LXXII.

Sæcul. XV.  
A.C. 1171.*Papa pacem Gallos inter & Anglos  
conciliare conatus.*

Nicolaus Papa, ut pacem Franciam inter & Angliam toto studio procuraret, Cardinalem de Estutevilla in Gallias, Ravennatem vero Archiepiscopum ex Ursinorum Familia ortum in Angliam Legatos destinavit. Reponerat Carolus VII. Cardinali, se ad pacis consilia paratissimum esse, simulque intimo dolore prosequi mala, quibus affligeretur Ecclesia, proinde de concordia cum Anglis libenti animo sese acturum, ut finito bello arma sua in Christiani nominis hostes convertere posset. Attamen non eadem pacis studia Henricus Angliæ Rex fovebat: Legatus equidem Regi ob oculos ponebat tum suorum clades in Normannia, tum civiles tumultus in proprio Regno, sed incassum; Henricus quippe arroganter respondebat, se non prius de pacis negotio cum Galliarum Rege acturum, antequam omnia, quæ ab illo sibi ultimo biennio fuissent erepta, recepisset: hac vero conditione non adimpleta frustra ad componendam pacem conciliatorem adhiberi. Inde de novo in Aquitania restauratum est bellum.

## §. LXXIII.

*Histor. Eccles. Tom. XXVIII.*

X